

*Quando marchio Bonifacius et comes de Flandria Bernardus et comes*

*Sancti Pauli de Francia ultra mare pergebant.*

CAP. CXXI.

Anno Domini MCCII, marchio Bonifacius de Monferrato, comes de Flandria Bernardus [a], comes Sancti Pauli de Francia et alii principes, tam clericorum quam laicorum, et bene L millia equitum [b] et peditum [c] ad praedicationem domini Papae [d] et Cardinalium, signum sanctae Crucis levantes, Venetas venerantes ut inde in terram [e] Hierosolymitanam, ad ipsam recuperandam, transfarent. Cum quibus tres partes iverunt Venetorum [f], et eisipm ipse dux [g]. Cum autem ad portas Romaniae [h] applicuissent, Zadira [i] prius destructa [j], omnibus de exercitu suum secretum patet fecit dux Venetum, asserens quod scelera Graecorum vellet vendicare, imperium orbati imperatoris filio [k], quem secum habebat, tradere, ut tandem, devicto tanto imperio, facilius possent Terram recuperare sanctissimam. Quod, licet quibusdam videatur gravissimum, tamen omnibus in fine placuit. X

*Quando civitas Constantinopolitana fuit obsessa.*

CAP. CXXII.

Anno Domini MCCIII, expugnatis et devictis quam plurimis [l] civitatibus atque castellis, Constantinopolis <sup>bis</sup> obsederunt civitatem, adjutorio amicorum Jursacci [m] capientes in brevi. Sane Alexius, imperii praedo, cognito quod civitas inimicis tradebatur, cum filio fugit atque uxore. Tunc memorati principes et totus exercitus, una cum Grae-

[a] *Bernardus.* Sic Codd. Apud plerosque scriptores nomine Balduini indicatur. — [b] L millia equitum, C. M.; quinquaginta millia equitum, C. V. — [c] domini Papae. Sic Codd. scilicet Innocentii III. — [d] ut inde in terram. C. M. sic lego. In C. V., ut in terram. — [e] iverunt Venetorum. Sic corriponam in Codd. legitur: iverunt Venetas. — [f] portus Romaniae, C. M.; portum Romaniae, C. V. — [g] Zadira. Sic legit Cl. Mitt.; Zaclira, habent Codd. — [h] cum filio. Cum desit in Codd., supplevimus filio, quod monitum etiam est a Cl. Mitt. Filius autem imperatoris erat pariter nomine *Alexius*. — [i] quam plurimis, C. M.; quam pluribus, C. V. — [j] Iursacci. Sic Codd.; corrigi, Isaaci.

[A] Dux Venetiarum, qui tunc in Terram Sanctam iter suscepit, fuit Henricus Dandolus. Ventis autem vela dedit die VIII octobris 1202.

[B] *Zadira*, seu Iadera, vulgo *Zara*, caput Dalmatiae ad litus maris, totius regni metropolis, capta fuit eodem mense quo Crucesignati profecti sunt.